



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

An opera bona sint peccata. tit. 162

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

ergo essentiali et si omnes pares sumus, labor tamen & opera pro cōseruanda distributa gratia, & cōples viae gratiae donorum ac talentorum in negocio Eusebico, acquirit accidentale prēmium secundum donos gradus. Sic Cyprian. lib. 4. Epistol. 7. exemplificat de unico Sole, qui ex aequo omnibus lucet, diuibus ut pauperibus: usus tamē illius est impar, & alii acquirit minorem lucem, quam aliis: sic dies, & temē in agro, Matt. 13. Hæc est summa fidei Catholica. Sic Christo honor suus, & operibus nostris prēmium sine iniuria aliorum persistit. Hæc si secta cognoscent, omne certamen consileceret.

Differunt:

Promereri salutem, & promeritam sibi applicare & apprehendere iustitiam promissam, retinereque bonum summum & capitale, esseentiale & accidentiale prēmium.

AN OPERA BONA sunt peccata.

TITVLVS CLXII.



Otādum primò, quod aliud est, omnia hominem esse peccatorem: & aliud, omnia opera hominis esse peccata.

Primum verū est, dicente Ioāne, loca.
1. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, nos ipsos seducimus. Romanorum tertio. Omnes peccaverunt, & egent gratia & cœlum. At peccare hominem in omnibus operibus, aut opera cœlum peccata & displicere Deo, falsum est. Nam Deus non præcipit peccatoribus infidelibus facere bona opera, ut media, per quæ impetrant vitam aeternam: sed iam iustificatis per fidem & purgatis, Actori. 15. Ideo fides facit, ne opera fidelium sint peccata, sed sunt sancta & pura. Tametsi in carne sumus peccatores, attamen propter fidem Deus non vult imputare in mundi.

mondiem operum, quæ iam purificauit fides: alio-
quì si homo peccaret ieiunando, orando, & obedien-
tiam legis obseruando, &cæt. tunc Deus præcipiteret
peccare, quod est contra Psalmum 5. Quoniam non
Deus volens iniquitatem tu es. Sic obedientia Abr-
aham immolando filium non peccauit, Genes. 22. Sic
opera Niniutarum non erant peccata: alioqui non
impetrâssent spatium vitæ, Ionæ 1. Sic sine peccato
parentes Ioannis Baptiste seruabant præcepta, Luc.
1. & 1. Corint. 7. Virgō nubens non peccat. Mat. 5. Lu-
cet lux vestra coram hominibus, vt videant opera
veltra bona, & glorificant patrem &c. sed quomodo
peccata possent cum glorificare? Non etiam incipi-
mus ab operibus iusti fieri, sed à fide in Iesum Chri-
stum, quæ omnia purificat, &c.

Secundò, medium hic tenere opus est, ne ita am-
plificeremus & extollamus opera nostra, vt ea repute-
mus æqualia in virtute gratiæ & passione Christi. Nā
illa sola est propitiatio pro peccatis totius mundi, 1.
Ioan. 2. Illi soli tribuitur salus æterna. Nec sic exte-
nuanda, id est, parvipendenda sunt opera, tanquam
peccata sordida & immunda. Nam sunt dona spiri-
tus sancti, Galat. 5. quæ operatur in nobis. Qui ergo
attenuat opera, etiam Deum spiritum sanctum & da-
torem contemnit. Sunt talenta, quibus negociarí de-
bemus ad nostrum profectum, Matthæ. 25. Sunt ho-
bie, quibus Deo & proximo gratificamnr, Hebr. 13.
Matth. 21. Esuriui, & dedistis mihi manducare, &cæt.
Ideo non sunt attenuanda. Nec vult obliuisci Deus
operum dilectionis, Heb. 6.

Tertiò, non sunt audiendæ festæ, quoniam vna
(id est, Luterana) docet, omnia bona opera esse pec-
cata, Altera (Anabaptistarum scilicet) dicit, Mala ope-
ra esse bona opera, & ex operatione spiritus sancti fie-
ti. Sed confundit Christus eos oratione dominica,
Matth. sexto. Primo debeo sic orare ad patrem: Pater
noster

noster qui es in cælis, &cæt. Si hoc est peccatum, ergo docuit Christus peccare, quod est falsum? Si non potest peccare Christianus, sicut Anabaptista mentiuntur: Cur iubet orare Christus, Ne inducamur in malum, sed liberemur ab omni malo, &c?

SVB LÆGE ET SVB GRA.

tia quomodo est homo.

TITVLVS CLXIII.

PRIMÒ, Apostolus ad Roma 6. inquit: Nō enim estis sub lege, sed sub gratia. Peccabimus ergò? Absit. Sic quidē carnales dixerunt, Christus liberauit nos à lege, & vocauit ad gratiam; ergo violare legem non est peccatum: Sic Anabaptiste iniungunt. Sed notandum, quod homo habet corpus & animam, est vetus & nouus homo. In corpore & carne hominis adhuc viuit avaritia, luxuria, ignorantia, ira, ebrietas, &cæte. Romano. 7. conqueritur Paulus, Non habitat in carne mea bonum, & quoniam vetus Adam adhuc viuit, idèo necessaria est corpori lex & flagellum, & sarcina, & pædagogus, Gala. 3. & 1. Timot. 1. nè caro dominetur, ideo indiget fræno & lege. Ob id homo secundūm corporis adhuc est sub lege.

Sic patres officiosi erant legibus, præceptis, regulis, votis, vigilijs, laboribus, omnia ad domandum carnem ne homo macularetur operibus carnis, Corint. 6. Ephes. 5. Galat. 5. & priuaretur salute. Haec leges propter vitam ordinaram institutæ sunt. Non ut remitterent peccata, aut darent spiritum sanctum & vitam æternam. Ideò lex & propheta usque ad Ioannem, Matthæi. 11. & lex pædagogus est usque ad Christum, Galat. 3. Lex respicit ad disciplinam corporis, & cohibet illud, donec venerit ad alium effectum & opus, id est, Iustificationem. Ibi cedit lex, & ostendit Christum